lente facere vel negligente, tunc dicto G. vel eius servienti namia in do-
mibus dictorum hospitum accipere liceat tam pro predictis VII libris quam pro emen-
da eidem G. debita ab illo qui in termino statuto portionem dicte summe se
competentem non solvit quam pro aliis quibuscumque delictis et forefactis ip-
sorum. Que emenda ab aliquo dictorum hospitum pro dictis VII libris non solu-
tis in termino dicto G. debita quinque solidos non excedet. Salvis et reservatis pu-
re et integre domino G. et eius successoribus in terra dictorum abbatis et conventus de Bor-
rento et in hospites predictos raptu, murdro, homicidio, incendio, latroci-
nio, duello post prima vadimonia, iurisdictione alienigenarum seu au-
banorum ubicumque in terra eorum religiosorum commorantium apud Borren-
tum, et potestate exercendi omnem iusticiam minorem pro quibuscumque et de
quibuscumque in terra abbatis et conventus et hospites de Borrencho in defectu ser-
vientis dictorum abbatis et conventus et negligentiam, et retentis omnibus aliis domino
G. et eius heredibus que ad maiorem sive ad altam iusticiam pertinent, sicut
dictus G. hactenus usus est predictis, et ad eundem de iure noscuntur pertinere. Et
salvis similiter dictis abbati et conventui retentis omnibus que ad minorem iusticiam pertinent sicut hac-
tenus usi sunt, que ad eos de iure noscuntur pertinere, exceptis etiam sanguinis de presenti et calida
mellea et aliis ad maiorem vel ad altam iusticiam pertinentibus domino G. et eius heredibus sicut superius dictum est

reservatis. In cuius rei testimonium presentibus munimen, utrumque predictis instrumentum sub hac forma hinc inde tradidit sigilli sui proprii munimine roboratum. Datum Anno domini m° cc° xl° primo. mense febr.

De libertate hominum de glaniaco. iuxta Crespeium.

Universis presentes litteras inspecturis. officialis curie siluanecten. salutem in domino. Notum facimus quod coram nobis constituti Bartholomeus de mes et Guillelmus fratres. Maria de druisi. houdeardis de druisi. Adam de druisi. et houdeardis uxor iohannis tiquet. sorores dictorum bartholomei et Guill. et petrus fouquet et heloydis filia eremburgis: nepotes eorundem homines de corpore beate genouefe par. sicut confessi sunt coram nobis. Et Robertus de frenedol pro martino et ysabelli et Iohanne et Roberto et Eremburgi pueris suis hominibus de corpore ecclesie supradicte. sicut confessus est coram nobis recognouerunt se debere pro dicto homagio ecclesie supradicte quilibet pro se dimidiam libram cere annui redditus ad libram siluanecten. promittentes pro se et heredibus suis iuramento coram nobis prestito dictum redditum abbati et conuentui sancte genouefe uel eorum nuncio in crastino omnium sanctorum apud borretum in domo sua se singulis annis imperpetuum soluturos. Ita quod quilibet qui partem bonorum habebit. uel ad etatem quindecim annorum deuenerit: pro corpore suo dictam dimidiam libram cere persoluet loco et termino supradictis: nisi bona sua communia possiderint. ita quod unus pro communiter bona possidentibus dictum redditum reddere tenebitur. sicut superius est expressum. Concedentes nichilominus. quod si in solutione dicti redditus uel in totum uel in partem defecerint: ille qui defecerit: dicte ecclesie tenebitur ad emendam. Concedentes etiam. quod si aliquis huiusmodi debentium redditum et feminam duxerit in uxorem que similiter ad dictum redditum teneatur: uterque eorundem pro se dictam dimidiam libram cere integraliter persoluet. Ita tamen quod dicti abbas et conuentus ab eisdem uel ab eorum heredibus manum mortuam nec forismaritagium. nec talliam poterunt petere. nisi manentes fuerint apud borretum. uel in locis in quibus talliam ab hospitibus suis recipere consueuerunt. et tunc talliam tantummodo tanquam hospites reddere tenebuntur. Si autem contingeret quod oporteret dictos abbatem et conuentum super dictos homines requirere: in expensis hominum eorundem eos requirere tenerentur. In cuius rei testimonium presentes litteras ad peticionem dictorum hominum sigillo curie siluanecten. fecimus sigillari. Datum Anno domini m° cc° xl° v°. mense maio.

De clauso mali uicini.

Ego matheus de monte morenciaco. dominus marliaci. Et mathildis uxor
mea. notum facimus tam presentibus quam futuris quod uineam nostram que dicebatur clau
sus mali uicini. quem tenemus ab ecclesia sancte genouefe sub annuo censu trium soli
dorum et xviii. denariorum. dedimus hospitibus ad hostilias faciendas de assensu et
uoluntate abbatis et canonicorum sancte genouefe. quorum erant fundus terre illius et de
cima et omnis iusticia. Statutum est autem quod ille census capitalis semper erit
canonicorum sancte genouefe. hospites uero qui ibi erunt mansionarii. sui erunt parrochiani. et om
nes decimas tam magnas quam minutas capellano de monte persoluent. et cetera
iura parrochialia secundum consuetudinem parrochie sue. Nobis autem abbas et conuentus
concesserunt totum augmentum census hostiliarum que ibi fient. quod uulgo dicitur
croiscens. et medietatem uenditionum. theolonei. rotagii. forragii. et omnium prouen
tuum. tam iusticiarum quam aliorum redditum qui pertinent ad iusticiam. et medieta
tem rapagii. quantum clausus comportat. Quotienscumque uero ibi fiet ad ua
dia duelli. ducetur duellum in curiam canonicorum in monte et ibi finietur. salua
nobis medietate nostra de emenda duelli. Omnis alia iusticia tenebitur super predictum clau
sum usque ad uadium duelli. Seruiens ibi constituetur ex consensu utriusque partis.
qui tam nobis et heredibus nostris quam supradictis canonicis faciet fidelitatem de om
ni iure conseruando et faciendo ad utramque partem pertinente. Si autem forte aliqua
querela emerserit inter nos et canonicos. uel eos qui in loco nostro in hiis reddi
tibus cum eis participationem habebunt. uel in communem seruitutem illius terre. quia sibi
dominium illius terre canonici retinuerunt. causa illa in curiam eorum in monte
referetur terminanda. Preterea sciendum est quod nos et heredes nostri predictos redditus ab
ecclesia beate genouefe omni tempore tenebimus. nec poterimus alii eos sine assensu abbatis
et canonicorum uel dare uel uendere. seu commutare. et singulis annis predictum capita
lem censum trium solidorum et xviii. denariorum. eis in festo sancti remigii persoluemus.
Insuper sciendum est quod in strata illa que de monte itur ad sequanam. et in strata illa que itur per uiam garlande usque ad
gressum sancti iuliani. que est meta burgi sancte genouefe. que libere sunt in uiaria canoni
corum. nos uel heredes nostri nichil penitus poterimus reclamare. sed tantummodo infra
metas clausi predicti participationem cum eis habebimus. secundum quod superius est diffinitum.
Quod ne ualeat obliuione deleri. presentem cartam sigillorum nostrorum munimi
ne fecimus confirmari. Cuius etiam rei testes sunt magister Gilebertus presbyter sancte
marie de marliaco. Milo de uicinis. Willelmus de uicinis. Odo de sancto medi
co. Actum anno incarnationis dominice. millesimo. Ducentesimo secundo.

De sale et de .viij. lib. par. percipiendis in censu clausi mali uicini.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Soror .M. dicta abbatissa portus regis cisterciensis ordinis, totiusque eiusdem loci conuentus humilis salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod cum bone memorie Marg. uicecomitissa Narbonen. dedisset nobis assensu Haymerici mariti sui in puram et perpetuam elemosinam quindecim lib. turon. annui redditus que erant de maritagio suo in ciuitate Paris. uidelicet .x. lib. turon. in clauso mali uicini in censiua abbatis et conuentus sancte Gen. par. Et in precio centum sol. ton. totum redditum salis quem habebat et percipiebat singulis annis dicta Marg. tempore dicte elemosine Paris. in portu Sequane subtus magnum pontem uidelicet unum sextarium salis in singulis nauibus que ueniente erant in eodem portu uel ueniebant ibidem a festo sancti Andree usque ad natiuitatem domini concessimus et tradidimus eisdem abbati et conuentui sancte Gen. assensu et uoluntate abbatis Vallium Sarnaii patris nostri et conuentus eiusdem loci dictas quindecim lib. turon. in perpetuum possidendas pro excambio .xij. librarum parisien. quas nobis dicti abbas et conuentus sancte Gen. singulis annis tenentur reddere parisius apud sanctam Genouefam his terminis subnotatis uidelicet in octabis omnium sanctorum .iiij. lib. In octabis natiuitatis domini .iiij. lib. par. et alias .iiij. lib. in octabis pasche. Quod ut ratum et firmum permaneat presentes litteras sigilli nostri munimine roborauimus. Actum anno domini .M. cc. xxiiij.

De maiorua de Lisiaco.

Omnibus presentes litteras inspecturis .. Offic. cur. Melden. eternam in domino salutem. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Odo clericus filius defuncti Thome Bordon recognouit se recepisse ab abbate et conuentu sancte Gen. par. maioriam terre de Lisiaco tantum in uita sua, nisi tale fecerit forefactum pro quo eam amittere debeat presidendam. Ita quod decedentibus eo hac uita maioribus uel in maioriis dictorum abbatis et conuentus in re hereditario succedere debet. Sed eas quibuscumque eisdem placuerit libere dare poterunt ut dictum est. Idem Odo promisit fide corporali in manu nostra prestita, quod in illa maioria neque ipse neque heredes sui aliquid hereditarium reclamabunt, et quod fidelis erit abbati et canonicis qui tempore suo erunt, et uitam ipsorum pro posse suo seruabit et rectas predictorum dampna nullatenus sustinebit. Tenetur et dictus Odo sic confessus fuit coram nobis soluere singulis annis apud Lisiacum abbati ecclesie predicte unam peuronem. Ita tamen quod illa peuro .xx. sol. non excedat. In cuius rei testimonium etc. Datum Anno domini .M. cc. xl. vij. mense Maio.

Recepta tam bladi quam ordei. Anno domini m. cc. xl. viii.

De blado veteri . vii . mod.
De Gana . xlvi . modios . et vi . sext.
De Conteim . lxii . mod . et . v . sext.
De molend. de sancto Medardo . iiii . mod et . vi . sext.
De Pungiaco . viii . mod . et . i . sext.
De Flanchod . vii . mod.
De Columbis . v . mod . et . vii . sext.
De blado quali redditus de flanchod . xviii . sext.
De Vannis . iii . mod . et . i . mina.
De boucelem . vi . sext.
De consuet. flanch. iii . sext.
De Garnelt . xxvii . sext.
De Vicioreto . xiii . sext.
De sancto Florino . ix . sext.
De Gileberto terminatore de Conteim . ix . sext.
De Granchia de Roilliaco . ix . mod . et viii . sext . et . i . q.
De molend. de Pungiaco . pro anno preterito . iii . mod.
Et de eod. molend. pro anno presenti . iiii . mod . et . iiii . sext.
De villa Judea . ix . sext.
De Rod . vii . modios.
De terris de burgo Regine . v . sext . et . i . q.
De domo dei . vi . sext.
De Chatriaco . xiii . sext.
De Granchia h. ville . iii . mod . et . i . minot.
De Fontaneto . xv . sext.
De Jonegriaco . iii . sext.
De Sarcleio . iii . sext.
De terris de laiaco . iii . sext.
De Gonessa . vi . sext.

De sancto antonio . vi . sext.
De clavenerijs . i . mod.
De campipante de palaciolo . x . sext.
De labore terre de palaciolo . ii . mod . et . vi . sext.
De galeria . vi . sext.
De vitenis . vi . sext.
De Odonis villa . iii . minoz.
De octo de flanchis . xvii . sext.

Summa totius recepte tam bladi cum ordei . xx . mod . et . viii . mod.

Recepta avene anni presentis videlicet anno domini m° ccc° xl . sexto.

De Bodoniaco . iii . modios . et . v . sext.
De fontaneto . iii . sext.
De Vannis . i . mod . et . i . minot.
De consuetud. flatalis . vi . mod.
De Branchia via hunis domus . viii . sext . et . i . m.
De sancto flonno . ix . sext . i . minot m.
De Sarnell . xxii . sext . i . minot m.
De Odonis villa . iii . minoz
De avena empta . x . mod.
De flanchis . ii . mod.
De relicta Symonis flandrensis . iii . sext . pro terris de ponte primi
De marsiaco . vi . mod . et . v . sext . et . i . m.
De clavenolio . xi . sext.
Pro terris de laico . iii . sext.
De Bungiaco . iii . mod . i . sext . min.
De relicta domini Ade de villarijs . vi . sext . pro emptionem.

De Rossiaco .ii. mod.
De Bonella .vi. sext.
De s(an)c(t)o Antonio .vi. sext.

Recepta avene de consuet(udine) eodem anno.
Durand(us) fili(us) Richardi .i. sext.
Joh(ann)es Guilelmi .ii. sext.
Symon fi(lius) Maioris .i. em.
Robertus Anglicus .i. em.

Recepta avene de admodiationib(us) eod(em) anno.
De Secleio .ii. sext.
De Palatiolo .xxi. sext. et .i. em.
De consuet(udine) de Fontaneto .v. sext. et .i. cminot.
It(em) de Palatiolo .vi. sext. et .i. em. videl(icet) .iii. sext. de modiatione et .iii. sext. et .i. em. et .x. sext. que debebat de veteri.
De avena Nicholai de Rossiaco .iii. mod. et .iii. sext. et .i. em. ad mansuram Marliaci.

§ Recepte avene .xlvi. mod. et .vii. sext. et .i. cminot.

De expensa bladi et ordei. Anno domini m° cc° xl° septimo. tam pro communi expensa. quam pro creditoribus quam etiam de blado vendito.

Porcenariis de villa nova .iiii. sext.

Elemosine .iiii. mod. et .iiii. sext.

Pro terris de Barnell'. et de brolio seminandis .vi. sext.

Nicholao Harodi .i. mod.

Apud Contein .ix. sext. ordei.

Martino de Tella .viii. sext.

Alitario .vi. sext.

Sutarii .ii. sext. et .i. min. pro pisis

Lotarii .ii. sext. et .i. min. pro pisis.

Barbario .vii. sext. et .i. minot pro pisis.

Magistro Nicholao .viii. sext.

Rogero portario domine Regine .iii. sext.

Relicte magistri Mauricii .ii. sext.

Garnero pillario .i. sext.

Fabro .i. sext.

Guillelmo filio Ade .iii. sext.

Guill' clamatori .iii. sext.

Lotarii albis et personis .ii. sext.

Carnifici .i. sext.

Hugoni clerico .i. sext. pro pellotiis de Flandr'.

Thome gnls .vi. sext.

Ade portario domini Regis .i. sext.

Pro oblatis et eschandatis duobus festis .xvi. sext.

Magistro Eustachio .ii. sext.

Vincentio de archolio .i. mod.

Pro caduco molend' de Buing' .viii. sext.

De ordeo mixto cum avena .viii. mod.

Radulpho de sancto Laurentio .v. sext.

Ernesio serviente Regis .ii. sext.

Relicte Roberti fabri . i . sext.
Apud Baliam . ii . sext.
Fratribus sancti Jacobi . vi . sext.

Summa huius expense . xxiii . mod. et . x . sext. et . i . minot.

Summa expense pro Conventu et familia . vi^xx . mod. et . iiii . mod. et . ix . sext.

Summa bladi venditi . xlii . mod. et . ii . sext.

Summa precii venditionis bladi . vii^xx . libr. et xviii . libr. et . vii . s. et . iiii . d.

Hec sunt expense et recepte ecclesie beate genovefe post festum beati augustini anno domini m° cc° xl sexto primo composito post illud festum videlicet die sabbati infra octabas sancti dyonisii. Summa expense pro coquina . xx . lb. et . ix . d. Summa pro vindemiis . lxvi . libr. et xviii . sol. et vi . d. Summa totius expense . viii^xx . libr. et . xvi . libr. et xvi . sol. Summa totius recepte . xi^xx . libr. et . xi . libr. et . xviii . sol. et debuimus camerario de illo composito . xvii . lb. Item in crastino sancti clementis computavimus. Summa expense pro coquina . xxx . libr. et . viii . sol. Summa pro vineis . ix . libr. et xi . sol. et viii . d. Summa totius expense . ccc . libr. et . C . et vi . sol. Summa totius recepte . xiii^xx . libr. et . viii . libr. et xvi . sol. et debuimus camerario . xliii . libr. et xiiii sol. Item in crastino sancti Thome apostoli computavimus. Summa expense pro coquina . xix . lb. et xvi . sol. et viii . d. Summa pro vineis . x . libr. et . x . sol. Summa totius expense . xlviii . libr. et . xiii sol. et viii . d. Summa totius recepte . xli . libr. et . xvi . sol. et . vii . d. et debuimus camerario . xlix . lb. et . xii . sol. Item die martis

ante cineres computavimus. Summa expense pro coquina xliii lib. et v sol. Summa pro
vineis xxxii lib. et xii d. Summa totius expense xi^{xx} lib. et xv lib. et ix s.
et vii d. Summa totius recepte cc lib. et xix lib. et vii sol. et debuimus
camerario lxii lib. et xiiii sol. et iiii d. ¶ Item in cena domini
computavimus. Summa expense pro coquina xxx lib. et x s. et viii d.
Summa pro vineis lx et xiiii lib. et xii s. et ii d. Summa totius expense xi^{xx}
lib. et vi lib. et viii sol. Summa totius recepte xi^{xx} lib. et x lib. et xiiii sol.
omnibus computatis debuimus camerario lxii lib. et viii sol. et
iiii d. ¶ Item die veneris post pentecosten computavimus. Summa expense pro
coquina xlvi lib. et viii sol. et vi d. Summa pro vineis lxviii lib. et ii
s. et vi d. Summa totius expense cccc lib. et iiii lib. et iiii lib. et viii
sol. et vi d. Summa totius recepte ccc lib. et lx et xiii lib. et xvii s. et ii d.
omnibus computatis debuimus camerario lxxii lib. et xix s. et vi
d. ¶ Item die lune ante festum sancti arnulphi computavimus. Summa expen-
se pro coquina xxxv lib. et xiii sol. et iiii d. Summa pro vineis lxii
lib. et iiii s. et i d. ¶ Summa pro garrino vi^{xx} lib. et xiiii lib. et ii s.
excepto alica. Summa totius expense cccc lib. et lx et x lib. et xviii s.
et iii d. Summa totius recepte ccc et iiii^{xx} lib. et xxvi s. omnibus computa-
tis debemus camerario viii^{xx} lib. et li sol. ¶ Item die lune ante fes-
tum sancti augustini computavimus. Summa pro coquina xxvi lib. et iii s.
Summa totius expense viii^{xx} lib. et xiii lib. et viii s. et viii d. Summa to-
tius recepte viii^{xx} lib. et xix lib. et ii sol. et vii d. et de illo computo
debuimus camerario vii^{xx} lib. et xvi lib. et xvi sol. et vi d.

¶ Summa totius expense pro coquina xii^{xx} lib. et xii lib. et vii s.

¶ Summa totius expense istius anni ∞ ∞ et c lib. et x lib. et x s.

¶ Summa totius recepte ∞ ∞ lib. et xxiii lib. et xvii s.

De spinolio.

Suma tot. recepte de spinolio. Anno dni. m. cc. xl. septimo. p anno vi.
vii[xx]. lb. et. xii. lb. et. xv. sol. et sic deductis expensis recepim. xxx. lb. par.
Suma expense. vi[xx]. lb. et. lx. et xv. sol.

De jaunigniaco.

Suma tot. recepte de Jaunigniaco. Eodem anno p anno vi. cc. lb. et. lxviii.
lb. et. iiii. sol. pruvinen. Suma expense. cc. lb. et xlix. lib. et. x. sol. et
sic deductis expensis. recepim. vi[xx]. lib.

D marsiaco.

Suma tot. recepte de marsiaco Eodem anno p anno. vi. ccc. lib. et. iiii[xx]. lb.
et. xii. lib. pruvinen. Suma expense. vii[xx]. lib. et. xii. lb. Et sic deductis expen
sis. recepim. cc. et. xl. lb. pruvinen.

De borreto.

Suma tot. recepte de borreto Eodem anno p anno vi. ccc. lib. et. lx. lb.
et lxvii. sol. Suma expense. ix[xx]. lb. et lxiiii. sol. et sic deductis expen
sis. recepim. ix[xx]. lb. par.

De uino uendito.

Recepta uini Anno dni. m. cc. xl vi.
De uino ueteri uendito nepoti dne regine. xii. lb.
De Nicholao de Soliaco. L. lb. p uino de autolio.
De epo. de dacia. xxii. lb. et v. sol. p uino de autolio.
De uino uendito in magno cellario. iiii. lb. primo.
De uino tonarii de Rod. xlvii. lb.
De uino de galia. viii. lb. et. x. sol.
De uino de Corrigin. xv. sol.
Item de uino uendito in magno cellario. xxiii. lb.

S. ix[xx]. lb. et. xii. lb. et v. sol. par.

¶ Hec sunt consuetudines quas De consuetudinibȝ ptinentibȝ ad uicariam de
nr̄ uicari9 de monte hr̄t p uicaria sua. ¶ De omibȝ illis qui uen · monte bē gen. par.
dūt panē i [illegible] tra nr̄a. r i tra nr̄a subt'. eccl'am sci hilarii. r i uico de gressis i tra nr̄a.
hr̄t uicarius in una septimana nūmatam panis. in alia septimana obolatā panis.
Et sic ē p totum annū integrum. ¶ Item si hospites nr̄i qui in locis supdc̄is
ꝓpas domos hn̄t. ut' ī qui alienas conducunt. si uendunt uinū in taberna ɔtinue
uel interpolate qd̄ crescit in uineis suis: de singulis doliis q̄ uendunt hēbit uicari9
obolatam uini. r clamator obolatam uini. Si ꝯplies mutet' pciū uini i sin
gulis mutationibȝ itum hēbit uicari9 obolatā uini. r clamator itum obolatā
uini. Si autem hospites nr̄i uel alii qui non sunt hospites nr̄i emunt ui
nū in tra nr̄a a festo sci remigii usqȝ ad festum sci martini hiemal'. r uen
dūt sup chantium uinū istud: uicari9 hēbit obolatam uini. r clamator obo
latam uini. Et in singul' mutationibȝ pcii uini uicari9 itum hēbit obolatā
uini. r clamator obolatam uini. ¶ Item si uendat' in grossum. r defert' uel
trahat' sup pullos ligneos de terra nr̄a in terram nr̄am. r uendit' uinū illud i
taberna. uicari9 hēbit de singulis doliis obolatam uini. r clamator obolatam
uini. Et in singulis mutationibȝ pcii uini hēbit uicari9 obolatam uini itum.
r clamator obolatam uini. ¶ Item si uendat' uinū in terra nr̄a. r ducat' uel t'
hat' in tram sci magloriii. q̄muis terre pene contigue sint: uicari9 hēbit p tota
gio. ii. d. ¶ Item si hospites nr̄i uendant uinū. r deferant de terra nr̄a in
in aliam terram in quadriga siue alio modo: uicari9 hēbit p rotagio tantūmodo
· ii. d. q̄ntumcūq; quadriga portet. siue plus siue min9. ¶ Item si hospites nr̄i
uel alii uendant uinū qd̄ deferat' in qdriga. uel extrahat' de loco in locum. s. ex
una pte uici in aliam ptem uici in terra nr̄am. r uendat' in taberna. uicari9
hēbit a festo sci martini hyemalis. usqȝ ad festum sci remigii sequens. de
singulis doliis. ii. sext. uini. r obolatam uini. r clamator obolatā uini. Et
in singulis mutationibȝ pcii uini simili'. ¶ Item si hospites nr̄i uel mca
tores uendant uinū qd̄ de exterioribȝ uillis in terram nr̄am uenerit: uicarius
de singulis doliis a festo sci martini hyemal'. usqȝ ad sequens festum sci remigii
hēbit unū sext' uini r unā obolatā uini r clamator obolatam uini. r ita q̄n
pciū uini mutat'. ¶ Item si emant hospites nr̄i bladum ul' uinū. uel aliqd̄
aliud ad usuarium suum: nullam inde ɔsuetudinem uicario debent. Si aūt
bladum uel uinū. uel aliqd̄ aliud excepto usuario suo emerint: ɔsuetudinem

suam mario reddent. sicut illi qui non sunt hospites nostri. videlicet de quolibet modio tam bladi quam avene .iiij. d. licet dictus marius capiat de quolibet sextario per se solo vendito unum ob. ¶ De carnificibus autem qui domos proprias in terra nostra habent. habet mari[us] in maiori festo beate genovefe .ij. d. De illis vero qui proprias domos non habent. de singulis bobus quos vendunt. mari[us] habet unum den. De singulis porcellis. ob. De singulis arietibus .j. pict. Quod si vendat multum vel sepum. de singulis centum habet mari[us] .iiij. d. ¶ Item si vendat oleum in terra nostra. mari[us] habet de qualibet summa olei ab emptore .iiij. d. et a venditore .iiij. d. ¶ In vico de grettis sunt hostilie .iiij. que libere sunt et immunes ab omni consuetudine. In aliis .viij. vel si etiam in plures hostilias divise sunt. habet mari[us] suas consuetudines. sicut supra dictum est. Similiter et in domibus ante hospitale in terra nostra habet mari[us] omnes suas consuetudines sicut supra sunt nominate. ¶ Item apud sanctum medardum in diuite burgo et apud laorcinas in terra beate genovefe de omnibus illis qui vendunt panem habet mari[us] de monte per marcia singulis diebus sabbati numerata panis. et illi qui vendunt panem si domos proprias habuerint. si emant porcellum in terra beate genovefe. liberi et immunes sunt ab omni theloneo qui debetur pro porcello vendito. Consuetudines autem quas habet iste mari[us] de monte per universum dominium in terra nostra de monte. habet idem mari[us] in locis supradictis apud sanctum medardum.

¶ Item eo anno quo fit tallia bladi et vini pro domino rege. ecclesia beate genovefe reddit domino regi .lx. sol. pro dominio tallie terre. et camerarius et canonici beate genovefe faciunt talliam suam in terra sua de monte et in terra sua subtus ecclesiam sancti hilarii. et in terra sua ante domum hospitalis et in terra sua in vico de grettis et in terra sua apud sanctum medardum et in diuite burgo et laorcinis. ¶ Item mari[us] habet servicium a quolibet hostellario qui vendit avenam in domo sua de quolibet modio .iiij. d. ¶ Item quod nullus figulus potest ponere vasa sua in marcia nisi fecerit servicium mario de denariatis ibidem venditis. ¶ Item marius habet servicium pro fenestris. salliariis. et portauiant sicut convenit inter eos. ¶ Item habet mari[us] de singulis emptoribus et venditoribus porcorum si domos proprias non habuerint .j. ob. Si vero proprias domos habuerint. nichil debent pro emptione et venditione porcorum. ¶ Item non potest fieri in marcia equitaheraui sine servicio mari[i]. videlicet de quolibet secundum quod est. Aliquando de uno .xxx. sol. de alio forte .xl. sol. et de alio .xx. sol. et de alio .v. sol. Aliquando plus. aliquando minus. secundum quod homo dives est.

De ripagio.

Sciendum est quod de omnibus navibus que descendunt a ponte de Sefolie usque ad veterem vel antiquum pontem Beveris in quibus aliquid mercimonii sit et applicant in terra Beate Genovefe: habet ecclesia Beate Genovefe pro ripagio de singulis navibus que gallice appellantur bach: i. d. De navibus que vocantur cochet: ob. Si autem fuerint vina in navibus: de singulis doliis habemus .ob. n. deferantur vina in terra nostra. Quod si in terra nostra deferantur: nichil inde habemus. Si autem naves subtus pontem Beveris antiquum applicuerint subtus clausum Malevicini: medietatem ripagii habemus et aliam medietatem: dominus de Malliaco.

A religiosis clericis et militibus seu viduis nichil habemus. neque a servientibus domini regis nisi exerceant mercimonium.

De maioria de monte concessa Stephano filio defuncti Guilli viary.

Universis presentes litteras inspecturis. Th. abbas ecclesie sancte Genovefe Par. Totusque eiusdem ecclesie conventus humilis eternam in domino salutem. Noverint universi quod nos dedimus et concessimus Stephano quondam filio defuncti Guilli Mary nri maioriam nostram de monte tantummodo in vita sua sine omni iure hereditario nisi tale fecerit forefactum pro quo eam debeat amittere possidendam. Qua vero decedentibus ex hac vita maioribus: nullus in maioriis nostris iure hereditario succedere debet. sed eas quibuscumque nobis placuerit libere dare possumus. Idem Stephanus iuravit coram nobis quod in illa maioria nec ipse nec heredes sui aliquid hereditarium reclamabunt. et quod fideliter serviet abbati et canonicis qui suo tempore erunt. et iura ecclesie nostre pro posse suo servabit. et dampna nostra nullatenus sustinebit. Hec autem sunt que ad maioriam pertinent. Districta. Bonagia. Investiture. et Quinque solidi de censu nostro in festo sancti Remigii. Cum aliis quinque solidis de tallia nostra quotiens talliaverimus terram nostram. et etiam tractus decime istius ville. pro quo debet habere dictus maior decimam garbam tocius bladi quod adducet quadriga sua. et pro provenda equorum duas garbas avene quolibet sero. due que garbas ad nostram granchiam adducet. Tenetur et dictus maior mittere quadrigam suam ad campos pro decima ad nostram granchiam adducenda quotienscumque a collectoribus nostre decime fuerit requisitus. omni occasione et dilatione remotis. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini M. CC. Quadragesimo septimo. Mense Decembri.

Item de eadem maioria.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis curie Parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presencia constitutus Stephanus filius quondam defuncti Guillelmi [illegible] recognovit quod abbas et conventus sancte Genovefe de monte Parisiensis dederant et concesserant eidem Stephano maioriam suam de monte que ad vitam ipsius Stephani tantummodo possidendam nisi tale faceret forefactum per quod eam deberet amittere. Ita quod post decessum dicti Stephani dicta maioria ad dictos abbatem et conventum libere et sine contradictione aliqua reverteretur. Et quod heredes ipsius Stephani post decessum ipsius in dicta maioria nichil iure hereditario vel alio quoquo modo poterunt reclamare. Promisit etiam idem Stephanus coram nobis quod fidelis erit abbati et canonicis sancte Genovefe predicte qui pro tempore fuerint et rem dicte ecclesie pro posse suo servabit et dampna ipsius ecclesie nullatenus sustinebit. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter observandis et de non veniendo contra, idem Stephanus fidem in manu nostra prestitit corporalem. Datum Anno domini M°. Ducentesimo. XL°. Septimo. Mense Decembri.

De domo Johannis de bonlerre.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Th. abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie conventus humilis eternam in domino salutem. Noverint universi quod nos dedimus et concessimus Johanni de bonlerre et Heluidi eius uxori domum nostram que quondam fuit Richildis la pescheloche et medietatem domus nostre que quondam fuit Roberti danielis ad vitam suam tantummodo possidendas, sitas in censiva ecclesie nostre ante crucem carnificum in vico ubi per quem itur apud sanctum Hilarium pro .iiij. libris parisiensium augmentati census et quatuor solidis parisiensium capitalis census quatuor terminis inferius annotatis. videlicet in pascha viginti sol. In nativitate sancti Johannis baptiste viginti sol. In festo sancti Remigii viginti quatuor sol. et in nativitate domini viginti sol. nobis a dicto Johanne et Heluidi eius uxore annis singulis persolvendis. Tali conditione inter nos et dictum Johannem et Heluidim eius uxorem apposita, quod ipsi tenentur in dictis domibus edificare suis sumptibus propriis unum furnum bonum et magnum ad coquendum panem burgensium et hospitum ecclesie nostre et omnium aliorum quicumque voluerint venire ad dictum furnum. Et si unus decederet, alter qui supervixerit teneret et haberet dictas domos cum furno predicto. Debent etiam dicti Johannes et Heluidis eius uxor, quamdiu vixerint tenere dictum furnum in bono statu et etiam dictas domos in eque bono statu in quo modo sunt vel etiam in meliori. Nos autem dictas domos cum furno predicto eisdem Johanni et Heluidi

ei uxori garentizare ad uitam eorum tantummodo pruentium tenent ad idus et consuetudines par. contra omnes per censu supradicto nominato. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Dat. Anno domini m. cc. xl. septimo. mense Decembri.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis curie par. salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constituti Johannes de bouleurre et helloysis eius uxor recognouerunt coram nobis se recepisse quod ad uitam ipsorum tantummodo ab abbate et conuentu sancte gen. de monte .. par. domum que quondam fuit Richildis lapeltheloche. Et medietatem domus que quondam fuit Roberti danielis sitas in censiua ecclesie sancte gen. ut dicitur, ante crucem carnificum. in cuneo uici per quem itur ad sanctum hilarium ad incrementum census. viii. librarum par. et. viii. sol. par. capitalis census. viii. denariis annualis inferius annotatis. videlicet in pascha. viginti sol. In natiuitate beati johannis bapt. viginti sol. In festo sancti Remigii viginti quatuor sol. et in natiuitate domini. viginti sol. dictis abbati et conuentui a dictis Johanne et eius uxore annis singulis persoluendis. Tali conditione apposita. quod dicti Johannes et heloysis eius uxor tenentur in dictis domibus edificare suis propriis sumptibus unum furnum bonum et magnum ad coquendum panes hospitum ecclesie sancte gen. et omnium aliorum quicumque uoluerint uenire ad dictum furnum. Et si unus decedet: alter qui supervixerit tenebit et habebit dictas domos cum furno predicto. Debent et dicti Johannes et helloysis eius uxor, quamdiu uixerint tenere dictum furnum in bono statu et etiam dictas domos in eque bono statu in quo modo sunt: uel etiam meliori. Debet autem dictum furnum cum predictis domibus et quicquid meliorationis fecerint in domibus antedictis ad ecclesiam sancte gen. sine contradictione aliqua post decessum ipsorum deuenire. Ita quod heredes dictorum Johannis et hellosiis in dicta melioratione seu in predictis domibus uel furno iure hereditario uel alio quocumque modo post decessum ipsorum nichil poterunt reclamare. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter obseruandis et de non ueniendo contra predicti Johannes et hellosis fidem in manu nostra corporaliter prestiterunt. Dat. Anno domini m. cc. xl. septimo. mense decembri.

Nomina illorum qui debent nobis singulis annis sex sextarios sufficientis moture mottam Natalis domini. Guiard. et Guill. fratres filii Jolleni. ii. sext. et. i. minot. Johannes. Johanna soror eius. et iii. minas. Odo Gaudin. iii. minot. Aubertus de ualle maria. iii. minas. Et sciendum est quod si ipsi essent manentes in loco qui dicitur bouchin, [et debent nobis dictam sextam bladi.] essent hospites nostri. et sunt ibi quatuor mansiones. et bene possent et plures si uellent edificare per totam terram nostram. et possunt ibi edificare molendinum si uoluerint quia locus amplius est et spaciosus bene continens usque ad quinque arpenta tam in pratis quam terris.

Universis presentes litteras inspecturis **De Manumissione Jacobi Coterel et familie eius.**
Th. abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie conventus humilis eternam in
domino salutem. Notum facimus quod nos de communi assensu et voluntate
omnium nostrum Jacobum filium Martini dicti Coterel et eius heredes filios et filias
ex ipsa carne natos et nascituros manumisimus et ab omni iugo et onere servitutis
penitus liberamus. Quod ut ratum permaneat et firmum presentibus litteris sigilla nostra
duximus apponenda. Datum Anno domini millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo Sep
timo. Mense Februario.

De manumissione hominum ecclesie nostre de Vanvis. de Aurolio. de Fontaneto. de Balneol. de Burgo regine. et de Juviaco.

Ludovicus dei gratia francorum rex. Notum facimus presentibus et futuris quod nos cartam di
lectorum nostrorum abbatis et conventus sancte Genovefe Parisiensis vidimus in hec verba. Universis presentes litteras in
specturis. Th. abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie conventus humilis eternam in domino
salutem. Notum facimus quod nos de communi consensu et voluntate omnium nostrum homines
ecclesie nostre de corpore de Vanvis. de Aurolio. de Fontaneto. de Balneol. de Burgo regine. de
Juviaco. videlicet Thomam le blont. Gilebertum de Ruella. Mabiliam de Rodon. Radul
phum anglicum. Sulanam de Buciaco. Johannem de Buciaco. Bernardum Flaant. Johannem Done.
Emelinam filiam Ricardi de Xnone. Reginaldum de Rod. Heredes defuncti Guerini de Vineis.
Lambertum de Ruella. Gilam lamalete. Teciam lamalete. Guillelmum bellorille. Garnerum
de Merolijs. Hervicum carpentarium. Richerum de burgo regine. Ernaudum carpentarium.
Garnerum ductorem. Nathalem Pinardi. Lambertum carnificem. Aelinam de Juviaco. Henricum
carnificem. Philippum veron. Adam feret. Agnetem de plesseio. Stephanum de Batra. Odonem
iuvenem. Odonem genem. Guiardum de valle. Odelinam de turia. Relictam Guiardi pellipa
rij. Galterum le tonreur. Jancelinam relictam defuncti Mauricij. Galterum de sancto Clodoal
do. Stephanum de fontaneto. Johannem gommunt. Symonem de balneol. Johannam relictam
defuncti tolte. Bernardum coopertorem. Barnar de balneol. familiam defuncti Juiorannj
de Aurolio. Dyonisium de turia. Johannem Boznai. Petrum filium Memburgis. Johannem fratrem eius.
(*interlinear:* et gerinum de Aurolio.)
Odonem de Virineto. Johannem de ulmo. Hugonem tonitem. Basiliam filiam henrici de Fonte.
Guillelmum filium defuncti Girardi Regis. Teciam matrem eius. Galterum filium defuncti Hugonis

maioris. Odelinā relictam defuncti Rogi. de Garnell. Johem de Autolio. Adam de ead. Petrū
de colle. Robtū maiorē. Robtū Galois. Petrū filiū defuncti Hugs maioris. Johem filium
defuncte Erembg. de laura. Guillm de ulmo. Jacobū palmariū. Galteriū leborois. Re
nigiū de ead. Reginald de vanuis. Guillm lebrun. Petrū de juriaco. Johem filiū ei.
Odonē de juriaco. Ysabellim de vet monasterio. Hubtū de Autolio. Petrū furnariū. Rob
tū truillart. Robtū de curia. Agnetem relictam hug de curia. Robtū de Clamart. Gl
mā filiū Robti de Guegniaco. Johem filiū Bnardi sutoris. Theobaldū filiū herbti le
lin. Ymbertū. Sediliam ei sororem. Henricū de Autolio. Gervasiū de Guegniaco. Gal
teriū filiū ei. Auelinam de guegniaco. Ludouicū furnariū. Radulphū de sco Marcello.
Richardū frigide. Ric goel. Petrum de bullencort. Petrū de guegniaco. Bernardū hu
bot. Johem fratrem mabilie de bullencort. Johem generum ei. Radulphū de bullencort.
famulū Baldoini clerici. Bnardū. Hugonē de billou. Humbaudū fratrem ei. Margaritā
filiam defuncti luce. et eorum heredes ppa carne natos et nascituros manumittim
et ab omi iugo et onere servitutis penitus liberam. Saluis nob et ecce nre in pdcis villis om
nimo dominio. iusticia. censiuis. consuetudinibz. redevanciis. coustumis. coruees. Tallia
quoque consuetudinis concessio fieri p exercitu dni regis et etia omnibz aliis q recipe et pcipe con
sueuimus in villis pdcis. Sub tali etiam condicione ut alia manumisimus eosdem.
q levantes et cubantes in dca tra be genovefe pdcarū villarum quociesq vocati fue
rint ex pte abbis et conventus ecce nre vel eor alti p psonis et rebz ecce nre seu in
ribz defendendis. seu p psecutione dampnor molestiarū illatarū nob seu manute
nendis venire psonalit tenebunt. pma die ad sumptus suos. Ceteris u diebz dabimus
unicuiq dcor hominū sex denar. quocies ex pte ecce nre venerint. Si u pdci hoies
mandato nro aliquid faciant p q in emendam uel excoicacionem incidant. uel etiam
in eadem ponant: nos eos tenemur liberare. Sciendū e insup q actum e et datū ho
minibz concessum. q si aliquis eor uel heredes eorundem hominū. seu aliqui eorundem
heredū in dca terra pdcarū villarum vel alibi contraxerint matrimoniū cū aliquibz mu
lieribz servilis condicionis. uel mulieres dce tre contraxerint matrimoniū in eadem tra
vel alibi cū aliquibz hominibz servilis condicionis. ipso iure homines tam ho et mulieres

et mulieres de eadem villa predictarum villarum, que cum quibus si contraxerint matrimonium sicut predictum est, sint
et remaneant perpetuo servi et ancille ecclesie supradicte. Quod eedem mulieres similiter voluerunt
et concesserunt et tam earum maritos quam ipsas mulieres nec non et ipsorum bona arrestare et sai-
sire valeant, et in personis et bona ipsorum et ipsarum omnem iusticiam exercere valeant libe-
re sicut ante facere solebant. Quod ut ratum et firmum permaneat, presentibus litteris sigilla
nostra duximus apponenda. Datum Anno domini M. CC. XL. VII. mense marcio. Nos autem
manumissionem predictam et cetera, prout superius continentur, ad petitionem tam dictorum abbatis et conventus
quam hominum et mulierum prenominatorum volumus et concedimus. Et in huius rei testimonium
et munimen presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Gor-
natum Anno domini M. CC. XL. VII. mense marcio.

De manumissione hominum ecclesie nostre in diversis locis, quorum nomina inferius denotantur.

Universis presentes litteras inspecturis Th. abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie conven-
tus humiliter eternam in domino salutem. Notum facimus quod nos de communi assensu et volun-
tate omnium nostrum Salomonem de Valenton, Hodeardim eius uxorem, Guillelmum bigot,
Agnetem eius sororem, Symonem bigot, Hersendim eius uxorem, Emelinam nigram, Bertau-
dum nigrum filium eius, Hodeardim de Viteriaco sororem eiusdem Bertaudi, Cole-
tum bigot, Jocetum fratrem eius, Johannem de fonte de Chanaveriis, Ysabellim eius uxorem,
Guiardum de fonte, Emelinam eius uxorem, Radulphum de fonte, Rogerum filium Herberti,
Bernerium mortelarium, Baldoinum bigot, Ysabellim eius uxorem, homines ecclesie nostre de cor-
pore et eorum heredes propria carne natos et nascituros manumittimus et ab omni iugo et o-
nere servitutis penitus liberamus. Si vero dicti homines et mulieres vel aliquis eorum vel here-
dum seu aliquis eorundem heredum ubicumque contraxerint matrimonium cum aliquibus
~~hominibus~~ mulieribus servilis conditionis vel mulieres si contraxerint matrimonium cum
aliquibus hominibus servilis conditionis, quod nichilominus tam homines et mulieres qui
et que si contraxerint matrimonium sicut superius dictum est, sint et remaneant perpetuo servi et
ancille ecclesie supradicte. Quod eedem mulieres voluerunt similiter et concesserunt et tam
earum maritos quam ipsas mulieres nec non et ipsorum bona arestare et saisire valeant, et in
personis et bona ipsorum et ipsarum omnimodam iusticiam exercere valeant libere sicut
antea facere solebant. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentibus litteris sigilla nostra
duximus apponenda. Datum Anno domini M. CC. XL. VII. mense marcio.

De manumissione hominum ecclesie nostre de Flantodoro.

Ludovicus dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis presentibus pariter et futuris quod nos
litteras dilectorum nostrorum abbatis et conventus sancte Genovefe Parisiensis vidimus in hec verba. Uni-
versis presentes litteras inspecturis Th. abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie convent(us)

hunit eternam in domino salutem. Noveritis quod nos de communi assensu et voluntate om
nium nostrum homines nostros de corpore de villa de Flamhodoro, videlicet Johannem Lesor, Hersendim
eius uxorem. Evrardum Ermundi. Hersendim eius uxorem. Henricum Fulcheri. Rocelinum Bal
cheri. Eremburgim eius uxorem. Bartholomeum Norreis. Mariam eius uxorem. Clementem
Huberti. Ameline eius uxorem. Sedilam la Hauberte. Baudrinum Potier. Hersendim eius
uxorem. Radulphum Fouacier. Mariam eius uxorem. Eremburgim la Gauchiere. Johannem de
Argentolio. Mariam eius uxorem. Oriendim matrem eius. Mariam filiam Berte. Richardum
cementarium. Hersendim eius uxorem. Marcellum de Barra. Lyoidim eius uxorem. Richildim
de monasterio. Guardum filium eius. Stephanum Cornart. Emelinam eius uxorem. Hymbertum.
Mariam eius sororem. Crispinum. Mariam eius uxorem. Johannem Multrem. Roes eius uxorem. Hersendim
la Chevaliere. Hersendim la Homere. Roes la Homere. Emelinam la Homere. Johannem Potier.
Odelinam eius uxorem. Guibertum Roart. Laurentiam eius sororem. Radulphum cementarium.
Eremburgim eius uxorem. Henricum Poilehaste. Mariam eius uxorem. Garnerum. Roes eius uxorem.
Thomam Magnum. Mariam eius uxorem. Richildim la Sauvrondele. Lambertum Multrem. Luciam
eius uxorem. Hersendim de Cruce. Evrardum de Martreio. Mariam eius uxorem. Evrardum Port
ier. Ricardum Pele. Floriam eius uxorem. Henricum Potier. Bencelinam eius uxorem. Johannem Gou
lare. Eremburgim eius uxorem. Ricardum Gobart. Symonem Poilehaste. Johannam eius uxorem.
Richildim relictam Hugonis Tierrici. Hodiernam relictam Baudrini Monachi. Symonem
maiorem. Hersendim eius uxorem. Henricum le Sauvache. Odelinam eius uxorem. Gaufridum Mi
lerem. Odelinam eius uxorem. Guillelmum Postrum. Mariam eius uxorem. Philippum Gobart.
Odelinam eius uxorem. Ansellum furnarium. Honoratum de Martreio. Petronillam eius uxorem.
Petrum fratrem Symonis maioris. Mariam la Porteiore. Aalepdim la Porteiore. Bertam la
Porteiore. Mariam eius sororem. Guillelmum Roart. Auburgim la Porteiore. Hinodum Daniel.
Henricum cementarium. Aceline eius uxorem. Adam textorem. Genovefam eius uxorem. Ave
linam filiam Evroini Chardepore, et eorum heredes propria carne natos et nascituros manumitti
mus et ab omni iugo et onere servitutis penitus liberamus, salvis nobis terre nostre in villa de
Flamhodoro supradicta omni iure, dominio et iusticia, censuus, consuetudinibus, redevantiis, ~~con
suetudinis, corveis,~~ consuetudinis, corveis, tallia quotiensunque fieri contigerit per ecclesiam Dionisii
et etiam omnibus aliis que recipere et percipere consuevimus in villa predicta. Preterea condictum est inter
nos et eosdem homines et concessum, quod ipsi ad mandatum et requisitionem nostram et auxilium et sub
sidium ecclesie nostre pro rebus et personis ecclesie nostre seu iuribus defendendis, seu pro prosecutione dampnorum
molestiarum illatarum nobis seu manutenendis ac eorundem hominum et mulierum heredes
omni excusatione et dilatione postpositis venire personaliter tenebuntur prima die ad sumptus suos. Ceterum
diebus dabimus unicuique eorundem hominum sex denarios par. quousque ex parte ecclesie licentiati. Sin

dicti homines mandato nostro aliquid facerent, pro quo in emendam vel excommunicationem inciderent, vel etiam in carcerem ponerentur, nos illos tenebimur liberare. Sciendum est insuper quod actum est et additum hominibus concessum, quod si aliquis eorum vel heredes eorumdem hominum seu aliquis eorumdem heredum in dicta villa vel alibi cum aliquibus mulieribus servilis conditionis contraxerint matrimonium, vel mulieres dicte ville contraxerint matrimonium in eadem villa vel alibi cum aliquibus hominibus servilis conditionis, quod tam homines quam mulieres et homines de eadem villa qui et que si contraxerint matrimonium sicut predictum est, sint et remaneant pretio servi et ancille ecclesie supradicte. Quod eedem mulieres similiter voluerunt et concesserunt, et tam earum maritos quam ipsas mulieres necnon et ipsorum bona arestare et saisire valeamus, et in personis et bona ipsorum et ipsarum omnem iusticiam exercere valeamus libere sicut antea facere solebamus. Hec autem omnia et singula voluerunt et concesserunt dicti homines pro se et suis heredibus se imperpetuum servaturos et totaliter impleturos. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini M° CC° XL° VII°, mense marcio. Nos autem manumissionem predictam et cetera, prout superius continetur, ad petitionem tam dictorum abbatis et conventus quam etiam hominum et mulierum prenominatorum volumus et concedimus. Et in huius rei testimonium et munimen presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus confirmari. Actum apud Gisortium Anno domini M° CC° XL° VII°, mense marcio.

De domo que fuit Roberti daniel, Johanni carnifici et Odeline eius uxori ad vitam suam tantummodo concessa.

Universis presentes litteras inspecturis, Th. abbas sancte Genovefe parisiensis totusque eiusdem ecclesie conventus humilis, eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos dedimus et concessimus Johanni carnifici et Odeline eius uxori medietatem domus nostre que quondam fuit defuncti Roberti daniel ad vitam suam tantummodo possidendam, sitam in censiva ecclesie nostre ante veterem carnificiam, in cuneo vici per quem itur ad sanctum hilarium, pro sexaginta et quatuordecim sol. par. augmentati census et duobus sol. par. capitalis census, iiii. terminis par. consuetis, videlicet in octabis nativitatis beati Johannis baptiste decem et octo sol. et dimid. par., et in octabis sancti Remigii decem et octo sol. et dimid. par., et in octabis nativitatis domini decem et octo sol. et dimid. par., et in octabis resurrectionis domini decem et octo sol. et dimid. par.; et in festo sancti Remigii supradicto duos sol. par. capitalis census predicti nobis a dictis Johanne et Odelina eius uxore annis singulis persolvendos. Tali conditione inter nos et dictos Johannem et Odelinam eius uxorem apposita, quod ipsi tenentur ponere in meliorationem dicte domus decem libras par. infra quatuor annos a festo sancti Johannis baptiste nuper venturo inantea computandos. Ita tamen quod dicti Johannes et Odelina eius uxor dictam domum tenebunt in eque bono statu in quo modo est vel etiam post meliorationem predictam a predictis Johanne et Odelina eius uxore in predicta domo infra dictos iiii. annos faciendam. Debet autem dicta domus et quicquid meliorationis fecerint in eadem ad ecclesiam nostram sine contradictione aliqua post decessum ipsorum libere devenire, ita quod heredes dictorum Johannis et

Odeline et yvonis in dicta domo seu melioratione eiusdem iure hereditario vel alio quocumque modo
post decessum ipsorum nichil poterunt reclamare. Nos autem dictam domum sicut se com
portat dictis Johi et Odeline, yvoni garentare ad vitam suam tantummodo promittimus et tenemur
ad usus et consuetudines par. contra omnes pro censu supra nominato. In cuius rei testimonium
presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Dat. Anno domini M. CC. XL. septimo. mense
marcio.

De maioria nostra de Juriaco. Henr. Laurentii de Juriaco ad vitam suam tantummodo concessa.

Universis presentes litteras inspecturis. Th. abbas Sancte Genovefe par. totusque eiusdem
ecclesie Conventus humilis eternam in domino salutem. Noverit universitas quod nos de communi assen
su et voluntate omnium nostrum dedimus et concessimus Henrico Laurentii de Juriaco maioriam
nostram de Juriaco tantummodo in vita sua sine omni iure hereditario. in se tale feodo forensem pro
quo eam annuatim debeat possidendam. Quia vero decedentibus ex hac vita maioribus. nullus in
maioriis nostris iure hereditario succedere debet. sed eas quibuscumque nobis placuerit libere dare possu
mus. Idem henr. iuravit coram nobis quod in ipsa maioria nec ipse nec heredes sui aliquid heredi
tarium reclamabunt et quod fidelis erit abbati et canonicis qui suo tempore erunt. et iura eccle
sie pro posse suo servabit. et dampna nostra nullatenus sustinebit et si qua sunt alienata re
vocabit. Hec autem sunt que ad maioriam pertinent. bonagia. districta. investiture. et quin
que solidi de censu nostro in festo sancti remigii. Tenetur autem dictus henr. maior annuatim nobis
reddere quamdiu dictam maioriam tenuerit sexdecim modios vini boni et sufficientis. de tali vi
no quale pressorium nostrum eiusdem ville lucrabitur. sine aliqua admixtione aque. et vinum istud
tenetur bonis vasculis et vina mina oddi infra festum beati remigii. Ita quod dictus henr. deveniat
toluum et deum adducet parisius sumptibus suis propriis ad ecclesiam nostram. et nos dictum vi
num adduci faciemus in quadrigis nostris quando idem henr. hoc nobis significabit. Tenetur
preterea idem henr. querere suis sumptibus propriis totum minutum merenium ad opus pressorii supradicti
quando necesse fuerit. et nos totum grossum debemus querere et ad locum dicti pressorii sumptibus
nostris adducere. Et de hiis omnibus et singulis tenendis complendis et fideliter observan
dis. Idem henr. fidem in manu officialis curie par. prestitit corporalem. Insuper de hiis omnibus
ut dictum est observandis tenendis et complendis. Garnerius hermanni. Clemens lauren
tii. Philippus helloini. Clemens Roussellt. Johes guerini et Reginaldus carpentarii
de Juriaco. quilibet eorum in solidum et per fidem coram officiali supradicto se plegios
constituerunt. Quod ut ratum et inconcussum permaneat. presentibus litteris sigilla nostra
duximus apponenda. Dat. Anno domini millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo. Octavo. mense
mayo. Item de eadem maioria.

Universis presentes litteras inspecturis. officialis Curie par. salutem in domino. Notum facimus
quod in nostra presentia constitutus Henr. laurentii de Juriaco recognovit quod viri religiosi ab

bus et Conventus sancte Genovefe Parisiensis dedimus et concessimus eidem quod ad vitam ipsius Henrici tantummodo. omni
hereditaria eiusdem successione atque posteritate exclusa maioriam ipsorum ablatis et Conventus de
Jurriaco habendam et tenendam ab eodem Henrico vita comite. nisi tale quid commiserit quod
eandem maioriam debeat amittere sub hiis conventionibus: quod idem Henricus tenetur annuatim red
dere quamdiu dictam maioriam tenuerit. ipsis abbati et Conventui sexdecim modios vini boni
et sufficientis de tali vino quale pressorium ipsorum eiusdem ville fecerit sine aliqua com
mixtione aque. et unum sextarium boni mixtolii et unam minam ordei infra festum beati Re
migii. Ita quod idem Henricus dictum mixtolium et ordeum adducet pariter sumptibus suis propriis
ad ecclesiam sancte Genovefe. et dicti abbas et Conventus dictum vinum adduci facient in quadrigis suis
quam idem Henricus hoc eis significaverit ut dicebat dictus Henricus. Tenetur etiam idem Henricus sicut
confessus est coram nobis querere suis sumptibus propriis totum minutum mertenum ad op
pressorii supradicti quod non debet furnire dicti abbas et conventus totum grossum ut dicebat
idem Henricus. Hec autem sunt que ad dictam maioriam pertinent. ut dicebat idem Henricus.
videlicet bonagia districta investiture et quinque solidi de censu ipsorum. ut dicitur
in festo beati Remigii. percipiendi ab eodem quamdiu dictam maioriam tenuerit ut asserit
annuatim. Promisit etiam idem Henricus quod fidelitatem exhibebit et faciet abbati et canonicis
sancte Genovefe qui tempore suo erunt et iura ecclesie sancte Genovefe predicte pro posse suo servabit et damp
na eiusdem ecclesie nullatenus sustinebit et siqua sunt alienata revocabit. Volens et con
cedens ut post decessum eius dicta maioria ad dictam ecclesiam penitus revertatur. heredibus autem
posteritati sue nichil retinentes in eadem. Et de hiis omnibus et singulis tenendis complen
dis et fideliter observandis idem Henricus fidem in manu nostra prestitit corporalem. Insuper de
hiis omnibus ut dictum est observandis tenendis et complendis: Garnerus hermani. Clemens
laurentii. philippus helloni. Clemens Rousselli Johannes guerini et Reginaldus carpen
tarii quilibet eorum in solidum et per fidem se constituunt plegios coram nobis.
Quod autem audivimus hoc testamur salvo iure cuiuslibet. Datum Anno domini. millo
ducentesimo. Quadragesimo. octavo. mense maio. suam tantummodo concessa.

De maioria nostra de flanthodoro. Symoni filio defuncti theobaldi ad vitam

Universis presentes litteras inspecturis. Th. abbas sancte Genovefe Parisiensis. Totusque eiusdem ecclesie con
ventus humilis eternam in domino salutem. Noverit universitas quod nos de communi assensu et vo
luntate omnium nostrum dedimus et concessimus Symoni quondam filio defuncti theobaldi
maioris nostri de flanthodoro maioriam nostram de flanthodoro sine omni iure hereditario ad
vitam suam tantummodo nisi tale fecerit forefactum pro quo eam amittere debeat possidendam.
Qua vero decedentibus maioribus. nullus in maioria nostra iure hereditario succedere debet.
dictus Symon innuit coram nobis quod in dicta maioria per se vel per heredes suos nichil
hereditarium reclamabit. et quod fidelis erit abbati et canonicis ecclesie nostre qui pro tempore suo
erunt. et quod iura ecclesie nostre pro posse suo servabit et dampna nostra nullatenus sustinebit.
Hec autem sunt que ad dictam maioriam pertinent. Tercia pars tractus decime de flantho
doro. Duo sextaria bladi videlicet unum siliginis et aliud ordei que annuatim percipere de
bet in grancia nostra de flanthodoro pro decima et campiparte nostra quas habemus in territorio

de Stanthodoro ab ipso annuatim querendis et assignandis nobis seu illi vel illis, cui vel quibus eas vendidimus, seu ad ammodiationem tradidimus. Quinque solidi par. de censu nostro annuatim ab ipso percipiendi in octabis sancti Dyonisii. Quinque solidi par. in tallia domini regis, pro ipsa querenda similiter percipiendi ab ipso, quotiens contigerit ipsam fieri pro exercitu domini regis. Districta et bonagia in terra que vocatur de Atrio. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter observandis, dictus Symon fidem in manu officialis curie par. prestitit corporalem. In quorum omnium testimonium et munimen, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo. Octavo. mense Maio. Item de eadem maioria.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis Curie par. salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Symon quondam filius defuncti Theobaldi maioris ecclesie sancte Genovefe par. de Stanthodoro ut dicitur Recognovit et confessus fuit coram nobis, quod abbas et Conventus sancte Genovefe par. de monte dederunt et concesserant eidem Symoni maioriam suam quam ipsi habent apud Stanthodorum ut dicebat ad vitam suam solummodo possidendam, nisi tale quid fecerit propter quod eam debeat amittere. Ita quod post decessum dicti Symonis dicta maioria ad dictos abbatem et Conventum libere et sine contradictione aliqua revertatur, et quod heredes ipsius Symonis post decessum suum in dicta maioria iure hereditario vel alio quoquo modo nichil poterunt reclamare. Promisit etiam idem Symon quod fidelis erit abbati et canonicis sancte Genovefe qui pro tempore fuerint, et quod iura ipsius ecclesie pro posse suo servabit, nec ipsius ecclesie dampna aliquatenus sustinebit. Hec autem sunt que ad dictam maioriam pertinent ut dicebat idem Symon. Tercia pars tractus decime de Stanthodoro. duo sextaria bladi videlicet unum siliginis et aliud ordei, que annuatim percipere debet in grangia de Stanthodoro, ubi decime recipiuntur ipsorum abbatis et conventus quas habent dicti abbas et Conventus in territorio de Stanthod. ab ipso annuatim querendis et assignandis ipsis abbati et Conventui seu illi vel illis, cui vel quibus dicti abbas et conventus eas vendiderint, seu ad ammodiationem tradiderint. Quinque solidi par. de censu ipsorum abbatis et conventus annuatim ab ipso percipiendi in octabis sancti Dyonisii. Quinque solidi par. in tallia domini regis, pro ipsa querenda similiter percipiendi ab ipso quotiens contigerit ipsam fieri pro exercitu domini regis. Districta et bonagia in terra que vocatur de Atrio, ut prenominatus Symon coram nobis firmiter asserebat. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter observandis, dictus Symon fidem in manu nostra prestitit corporalem. Datum Anno domini. millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo. Octavo. mense Maio.

De maioria nostra de Chanteveriis Ferrico dicto de Rodomaco solummodo quoad vitam suam concessa.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Th. abbas sancte Genovefe par. totus que eiusdem ecclesie conventus humiliter eternam in domino salutem. Noverint universi quod nos dedimus et concessimus Ferrico de Chanteveriis dicto de Rodomaco maioriam nostram de Chanteveriis, tantummodo in vita sua sine omni iure hereditario, nisi tale fecerit forefactum propter quo eam debeat amittere possidendam. Quia vero decedentibus ex hac vita maioribus nullus in maioriis nostris iure hereditario succedere debet, sed eas quibuscumque nobis placuerit libere dare possumus. Idem Ferricus innuit coram nobis quod in illa maioria nec ipse nec heredes sui aliquid hereditarium reclamabunt, et quod fidelis erit abbati et amo

nus qui suo tempore erunt. et iura ecclesie nostre pro posse suo servabit. et dampna nostra nullatenus
sustinebit. Hec autem sunt que ad maioriam pertinent. Districta. bonagia. Investiture. et quinque
solid. de censu nostro in festo sancti Remigii. et etiam panes parvorum consuetudinum de chanaueriis pro
consuetudinibus nostris par. ad ecclesiam nostram propriis sumptibus ipsius ferrici adducendis. In cuius
rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno domini mil-
lesimo. ducentesimo. Quadragesimo octavo. mense decemb.

De maioria nostra de villa iudea. vitali de villa iudea solummodo quo ad vitam suam concessa.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis curie par. salutem in domino. Notum facimus
quod in nostra presentia constitutus vitalis de villa iudea filius defuncti Guill. ferrarii re-
cognovit quod abbas et conventus sancte Genovefe de monte paris. dederunt et concesserant eidem
vitali maioriam suam de villa iudea quo ad vitam ipsius vitalis tantummodo possidendam.
nisi tale fecerit forefactum pro quo eam debeat amittere. Ita quod post decessum dicti vitalis
dicta maioria ad dictos abbatem et conventum libere et sine contradictione aliqua revertatur.
et quod heredes ipsius vitalis post decessum ipsius in dicta maioria nichil iure hereditario
vel alio quoquomodo poterunt reclamare. Promisit etiam idem vitalis coram nobis quod
fidelis erit abbati et canonicis sancte Genovefe predicte qui pro tempore fuerint. et iura dicte ecclesie pro
posse suo servabit. et dampna ipsius ecclesie nullatenus sustinebit. Et de hiis omnibus tenendis
et fideliter observandis et de non veniendo contra idem vitalis fidem in manu nostra presti-
tit corporalem. Datum anno domini millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo octavo. men-
se Novemb. Novemb.

De maioria nostra de chanaueriis ferrico domino de Rodoniaco solummodo quo ad vitam suam concessa.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis curie par. salutem in domino. Notum facimus quod
in nostra presentia constitutus ferricus de chanaueriis dominus de Rodoniaco Recognovit quod abbas
et conventus sancte Genovefe de monte par. dederant et concesserant eidem ferrico maioriam suam
de chanaueriis ad vitam ipsius ferrici tantummodo possidendam. nisi tale fecerit forefactum pro quo
eam debeat amittere. Ita quod post decessum dicti ferrici dicta maioria ad dictos abbatem et conven-
tum libere et sine contradictione aliqua revertatur. et quod heredes ipsius ferrici post decessum ipsius
in dicta maioria nichil iure hereditario vel alio quoquomodo poterunt Reclamare. Promisit
etiam idem ferricus coram nobis quod fidelis erit abbati et canonicis sancte Genovefe predicte qui
pro tempore fuerint. et iura dicte ecclesie pro posse suo servabit. et dampna ipsius ecclesie nullatenus
sustinebit. et de hiis omnibus tenendis et fideliter observandis. et de non veniendo contra idem
ferricus fidem in manu nostra prestitit corporalem. Datum anno domini millesimo. Ducen-
tesimo. Quadragesimo octavo. mense Novembri.

Obligatio nobis facta pro pecunia quam debent nobis homines inferius annotati de Rupolio et
de chanaueriis pro eorum manumissione subscriptis terminis persolvenda.

Omnibus presentes litteras inspecturis.. Officialis odonis ecclesie par. archid. salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constituti Guillelmus bigois. Simon bigois. herlendus sororius eorumdem. bertaudus niger. hodeardis de iuvriaco soror eiusdem bertaudi. Colinus bigois. et Jocetus frater eius. Johannes de fonte de chanteveriis. Ernardus frater eius. Radulphus de fonte. Rogerus filius herberti. balduinus bigois. bernerus mortelarius. Salomon de valenton. et Nicholaus de puteo Recognoverunt se debere Religiosis viris.. abbati et conventui sancte Genovefe de monte par. pro libertate seu manumissione eorumdem Quater viginti lib. par. quam pecunie summam promiserunt fide in manu nostra prestita corporali se reddituros eisdem abbati et conventui in ecclesia sancte Genovefe predicte hiis terminis. videlicet infra Nativitatem beati Johannis baptiste proximo venturi. viginti lib. par. et infra festum sancti martini hyemalis proximo subsequens Quadraginta lib. par. et infra aliam Nativitatem sancti Johannis baptiste proximo subsequentem viginti lib. par. et de dicta pecunia dictis abbati et conventui sic reddenda constituerunt se coram nobis fideiussores et principales debitores. Radulphus porcherius de chanteveriis. houdomus brocarius de chanteveriis. Evrardus filius defuncti hugonis de domibus. Guerinus niger de domibus. quilibet eorum in solidum et per fidem. Promiserunt insuper supradicti debitores quod si unus istorum fideiussorum decederet ante terminos superius nominatos quod ipsi loco decedentis ponerent eque bonum. promiserunt etiam tam dicti debitores quam fideiussores quod si in solutionibus vel eorum aliqua deficerent quod ipsi tenerent prisionem infra muros par. quolibet die representantes se una vice in ecclesia sancte Genovefe predicte non egressuri de villa donec dictis abbati et conventui de dicta pecunia esset plenarie satisfactum. Bernerus vero mortelarius. balduinus bigois. et houdeardis nigra supradicti spontanea voluntate supposuerunt se iurisdictioni curie nostre ad compellandum eosdem si necesse fuerit de premissis. In cuius rei testimonium presentibus litteris ad petitionem tam debitorum quam etiam fideiussorum Sigillum Curie nostre duximus apponendum. Datum anno domini millesimo Ducentesimo. Quadragesimo septimo. mense Januario. occasione earundem manumissionum.

Obligatio quam fecerunt nobis homines de flanchodio pro pecunia quam debebant nobis pro

Omnibus presentes litteras inspecturis.. Officialis Johannis ecclesie par. archid. salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constituti Johannes de argentolio. Yvo filius hugonis de monasterio. Radulphus cementarius. Stephanus dictus comart. Martellus de monasterio. Richardus cementarius. Radulphus bovarii. Clemens huberti. Johannes dictus lescot. Gaufridus dictus miles. Johannes dictus miles frater eius. Philippus Gonbart. Johannes Gonbart filiaster eius. henricus potier. Richardus pele. Girardus de marriaio. Thomas magnus. Johannes potier. et Symon maior beate Genovefe de monte par. homines de flanchodio Recognoverunt se debere Religiosis viris.. abbati et conventui sancte Genovefe predicte Ducentas libr. par. pro libertate sive manumissione eorumdem. Quam pecunie sum-

nam promiserunt fide manu nostra prestita corporali se reddituros eidem abbati et conventui
hiis terminis videlicet infra festum beati Martini hyemalis proximo venturum Quinqua-
ginta lib. par. in ecclesia sancte Genovefe predicta. et in festo sancti Martini anno revoluto in ea-
dem ecclesia Quinquaginta lib. par. et in eodem festo alio anno revoluto in eadem ecclesia
Quinquaginta lib. par. et in eodem festo similiter anno revoluto in eadem ecclesia Quin-
quaginta lib. par. Promiserunt insuper et concesserunt homines supradicti sub fide prestita
corporali quod si in dictis solutionibus vel eorum aliqua loco et terminis faciendis defecerint
quod ipsi ad requisitionem dictorum abbatis et conventus vel eorum nuntii tenebunt parisius pri-
sionem infra muros par. representantes se qualibet die una vice in ecclesia supradicta non
egressuri de villa donec dictis abbati et conventui esset de tota summa pecunie plenarie sa-
tisfactum. et de dicta pecunia sic reddenda constituerunt se pagatores et fideiussores qui-
libet eorum in solidum et in totum. Voluerunt etiam et concesserunt homines supradicti
quod si in predictis defecerint quod nos in ipsos et quemlibet eorum utrumque sententiam excommunicationis
feramus proferamus. In cuius rei testimonium ad petitionem supradictorum hominum sigillum
curie nostre presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini millesimo.
Ducentesimo. Quadragesimo septimo. mense Januario. Obligatio nobis facta pro pe-
cunia quam debebant nobis homines isti annotati de vannis. de fontaneto. de yvriaco. de balneolis. de burgo regine. de antolio

pro eorum manumissione subscriptis terminis persolvenda.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis Johannis electi par. archidiaconi salutem in domino.
Notum facimus quod in nostra presentia constituti Robertus maior de Vanvis. Guillelmus
frater eius. Odo Juvenis. Rogerus de antolio. Hugo dictus Comes. Johannes gornai. Johannes
de antolio. Guillelmus de ulmo. Bernardus de balneolis. Robertus de clamart. Ja-
cobus palmarius. Odo de yvriaco. Henricus carnifex de yvriaco. Philippus veron. Ger-
mundus filius Germundi. Recherus de burgo Regine. Robertus filius Garneri
divitis. Hernandus carpentarius. Reginaldus maior de fontaneto. Thomas blon-
dus. Johannes de buciaco. Radulphus de bullentort de antolio. Petrus sororius
eiusdem Rad. Bernardus humbout. Gervasius de Guengniaco. Ludovicus furnarius.
Guinardus Guidardi. Herveus de Rotulo. Richardus frigide. Radulphus de sancto
Marcello. et Renoudus filius aneline. Recognoverunt et confessi fuerunt se debe-
re Religiosis viris. abbati et conventui sancte Genovefe par. sexcentas lib. paris.
pro libertate seu manumissione eorundem de vanvis. de fontaneto. de yvriaco. de
balneolis. de burgo Regine. et de antolio hominum ipsorum abbatis et conventus et

et eorum fuit de corpore. Quam pecunie summam promiserunt fide in manu nostra prestita corporali se reddituros eisdem abbati et conventui terminis inferius annotatis. videlicet infra festum sancti Martini hyemalis proximo venturum Ducentas libras parisienses in ecclesia sancte Genovefe predicte. et in festo sancti Martini hiemalis anno Revoluto in eadem ecclesia Ducentas libras parisienses. et in eodem festo alio anno Revoluto in eadem ecclesia Ducentas libras parisienses. Promiserunt insuper et concesserunt homines supradicti sub fide prestita quod si in dictis solutionibus vel earum aliqua loco et terminis faciendis defecerint quod ipsi ad requisitionem dictorum abbatis et conventus vel eorum nuntii venirent parisius prisionem infra muros parisienses representantes se qualibet die una vice in ecclesia supradicta non egressuri de villa donec dictis abbati et conventui esset de tota summa pecunie plenarie satisfactum. et de dicta pecunia sic reddenda constituerunt se pagatores et fideiussores quilibet eorum in solidum et in totum. Voluerunt etiam et concesserunt homines supradicti quod si unum vel plures ipsorum decedere contingeret infra solutiones dicte pecunie omnia bona mobilia et inmobilia decedentis sive decedentium usque ad condignam satisfactionem dicte pecunie dicte ecclesie remanerent obligata. Supposuerunt etiam se iurisdictioni Curie nostre quod ubicumque fuerint si in predictis defecerint in ipsos et quemlibet eorum excommunicationis sententiam proferamus. In cuius rei testimonium presentibus litteris ad petitionem supradictorum hominum sigillum Curie nostre duximus apponendum. Datum anno domini millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo septimo. mense februario. Littera pro eorum manumissione nobis debita.

Obligatio quam fecerunt nobis homines de sancto Marcello. de sancto Medardo et de monte parisiensi. de pecu

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis Guardi ecclesie parisiensis archidiaconi in domino salutem. Notum facimus quod in nostra presentia constituti petrus vimani. Rogerus de Romana villa. Robertus de Romana villa. Richardus de Romana villa. Johannes parvus. Guillelmus de athegiis. Stephanus doublel. Renaudus de Rungiaco. Robertus de laorenes. Radulphus dictus lidus. Johannes dictus bian valet. Henricus frater eius. Guillelmus frater Martini de Treuilla. Clarenboudus carpentarius. philippus filius doe lagorpille. Radulphus carto filius andree de piciaco. Recognoverunt se debere abbati et conventui sancte Genovefe de monte parisiensi Ducentas libras parisienses pro manumissione sua seu libertate. promittentes fide data et quilibet in solidum se reddituros eisdem abbati et conventui dictam pecunie summam videlicet in festo beati

martini hiemalis proximo uenturo. Quinquaginta lib. par. et in eodem festo Anno Reuoluto alias quinquaginta lib. et sic fiet solutio in eodem festo annis sequentibus quousque dictum debitum fuerit persolutum. pro qua pecunie summa eisdem abbati et conuentui reddenda ut supius est expressum obligauerunt in contra plegium homines supius nominati eisdem abbati et conuentui omnia bona sua mobilia et inmobilia presentia et futura habita et habenda. volentes et concedentes quod si in aliqua predictarum solutionum defecerint quod nos in ipsos ad quemcumque locum se diffugiant excommunicationis sententiam proferamus. quantum ad hoc iurisdictioni nostre spontanea uoluntate se supponentes. promiserunt insuper dicti homines per fidem prestitam quod si defecerint in aliqua predictarum solutionum quod ipsi tenerent prisionem infra muros ciuitatis par. et quod non exirent extra uillam sine licentia dictorum abbatis et conuentus. Recepte sententes se qualibet die qua tenebunt prisionem mane sero in propria ecclia sancte Genouefe. In cuius rei testimonium et memoriam presentes litteras sigillo Curie nostre fecimus Roborari. Datum anno domini millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo octauo. Die Sabbati in uigilia pentecostes.

de arbegiis de Rungiaco pro libertate nobis debita.

Obligatio quam fecerunt nobis homines nostri de Rungiaco de Giefio de lapideo de monti[illegible]

Omnibus presentes litteras inspecturis. Offic. G. ecclie par. archid. in dno salutem. Nouerint uniuersi quod in nostra presentia constituti. Martinus maior de Rungiaco. Hubertus prope terram. Andreas huberti. Durandus impunior. Johannes Girardi. Stephanus de nauchodoro. Robertus gurron. Foucherus carpentarius. Nicholaus filius defuncti hondree. Odo cotchart. Michael diues. Lancelinus licontes. Symon de malo Repastu. Stephanus blagis. Galterus baldoyni. Adam de villa noua carpentarius. Andreas de curia. Johannes de curia.

Guill'us Rufus. Lucas de athegys p'uus. Petrus de athegys carpentarius. Re-
cognouerunt et confessi sunt coram nobis se debere. Religiosis uiris abbi et con
uentui sce Genouefe par. Quinquies centum lib par. p libertate seu manu
missione eorumdem de Rungiaco. de Lataco. de Tyesio. de villa noua Regis. de
montibz. et de athegys. hominu ipo4 abbis et conuentus et eccl'ie sue de
corpe. Quam pecunie summam pmiserunt fide in manu nra prestita corp-
li se reddituros eisdem abbi et conuentui t'minis inferius annotatis vi-
delicet in festo sci martini hyemalis pximo uenturo. Ducentas lib par.
in eccl'ia sce Genouefe de monte par. et in festo sci martini hyemalis an
no reuoluto Ducentas libr par in eadem eccl'a. et in eodem festo alio anno
Reuoluto centum lib par in eadem eccl'ia. Pmiserunt insup et concesse
runt homines supdicti sub fide p'stita qd si in dictis solutionibz ul' ear
aliqua loco et terminis faciendis deficerent qd ipi ad requisitionem dcor
abbis et conuent' uel eor nuntij tenerent parisius p'sionem infra muros
par. Repsentantes se qualibet die una uice in eccl'a supradicta. n' egres
suri de uilla donec dictis abbi et conuentui esset de tota summa pecunie
plenarie satisfactum et de dicta pecunia sic Reddenda constituerunt se
pagatores et fideiussores homines supius nominati. et quilibet eor in
solidum et in totum. Voluerunt etiam et concesserunt homines su
pradicti qd si unum ul' plures ipo4 decedere contingeret sol. infra so
lutiones dicte pecunie omnia bona mobilia et imobilia decedentis
siue decedentium usq ad condignam satisfactionem dce pecunie dce
eccl'e remanerent obligata. supposuerunt etiam se iurisdictioni curie
nre qd ubicumq fuerint si in pdcis deficerent in ipos et in quibz eor
excois sniam pferamus. In cui rei testimonium psentibz litteris ad peticoem
supdcor hominu sigillum curie nre duximus apponendu. Dat'

Anno domini millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo octavo. mense Augusto.

Obligatio quam fecerunt nobis homines de terra de Spinolio de Cinciaco pro pecunia super eorum manumissione nobis debita.

Universis presentes litteras inspecturis.. Odo ecclesie parisiensis archidiaconus salutem
in domino. Notum facimus quod Garinus de Borda. Bernardus de spinolio.
Arnulphus hyardi. Adam cementarius. Fulco dictus ortolanus de Cincia-
co. Thomas ipsius fulchonis filius. Guiunundus flormannus. Petrus filius
defuncti Radulphi. Radulphus filius eiusdem petri. Guibertus bolongerius.
Gaufridus de Rodoniaco et fulcherus de Spinolio constituti in
presentia iohannis clerici nostri ad hoc specialiter a nobis apud spinolium
destinati asseruerunt quod abbas et conventus sancte Genovefe in monte
parisiensi ipsos prenominatos et omnes illos de spinolio et de Cinciaco in quibus
abbas et conventus dominium habere dicuntur. necnon filios et filias eorum
ipsa carne natos et nascituros dederant libertati. Ita tamen quod ipsi tenentur
solvere predictis abbati et conventui Sexaginta libras parisiensium terminis inferius
Annotatis: videlicet in festo sancti martini hyemalis proximo venturo
viginti libras parisiensium. et extunc in annum viginti libras parisiensium. et anno revoluto
alias viginti libras termino prenotato. De hac autem solutione facienda con-
stituerunt se coram nobis plegios et principales debitores unusquisque in
solidum et per fidem homines superius nominati. promittentes sub pre-
stita religione fidei se effecturos et paraturos quod omnes predicti homines
et singuli dictam pecuniam terminis superius nominatis sine a-
liqua dilatione persolvent. Obligantes se et omnia bona sua mobilia
et inmobilia. presentia et futura. habita et habenda. abbati et conventui
supradictis. Quod si in predicta solutione defecerint: voluerunt et conces-
serunt dicti homines quod nos nulla monitione premissa possemus
in ipsos excommunicationis sententiam promulgare. et quod tenerent prisionem prius

infra muros ciuitatis n̄ egressuri de uilla sine licentia abbatis et conuent⁹
ecc̄e supradc̄e. Representantes se qualibet die mane et sero in ppa eccl̄ia
sc̄e Genouefe. In cuius rei testimonium p̄sentib; litteris sigillum nr̄m duxi-
mus apponendum. Datum anno domini Millesimo. ducentesimo.
Quadragesimo octauo. Mense Junio.

Item de maioria nr̄a de villa Judea.

Omnib; p̄sentes litteras inspectur[is]. Th. abbas sc̄e Genouefe par. Totusq; eidem
ecc̄e conuentus humil[iter] eternam in dn̄o salutem. Nouerint uni-
uersi qd̄ nos dedimus et concessimus Vitali de Villa iudea filio de-
functi Guilli [?] maioriam nr̄am de Villa iudea tantummodo in
uita sua sine omni iure hereditario n̄ tale fecit forefactum p quo eam
debeat amittere possidendam. Quia uero decedentib; ex hac uita
maiorib; nullus in maioriis nr̄is iure hereditario succedere debet
S; eas quib;cumq; nob placuit libere dare possumus. Idem Vitalis
iurauit coram nob. qd̄ in illa maioria nec ipse nec heredes sui aliqd̄
hereditarium reclamabunt. Et qd̄ fidelis erit abbi et canonicis q̄
suo tempore erunt et iura ecc̄e nr̄e p posse suo seruabit et dampna
nr̄a nullatenus sustinebit. Hec autem sunt q̄ ad maioriā ptinent.
Districta. bonagia. Inuestiture. et quinq; sol. de censu nr̄o in festo
sc̄i Remigii. et vna consuetudo quam hemus apd̄ Vitriacum. In cuius
rei testimoniū p̄sentib; litteris sigilla nr̄a duximus apponenda.
Datū. Anno dn̄i. M. cc. XL. viii. Mense floreali.

... a domino Roberto de Hemiaco milite.
De reddito quem emit ecc̄a be Gen par. in territorio de Chanauerus.

Uniuersis p̄sentes litteras inspecturis. Offic. Cur. par. salutem in dn̄o.
18 Notum facimus qd̄ in nr̄a p̄sentia constitutus Dn̄s Robertus de

henricus miles. asseruit se habere et tenere singulis annis in territorio de Chanaue
rius super Matronam in censiva sancte Genovefe par. redditus inferius annotatos. Vi
delicet in quolibet arpento vinee in eodem territorio in censiva predicta existentis
unum panerium racemorum tempore vindemiarum et dimidium panerium in dimidio
arpento vinee et similiter quartam partem cuiusdam panerii in quolibet quarterio
vinee. Asseruit etiam predictus miles se habere talem consuetudinem in eisdem
vineis, videlicet quod quicumque ibidem habens vineam si vindemiam suam duxit
vel portavit seu duci vel portari fecit vel etiam calcari extra censivam sancte
Genovefe eidem militi quinque tantum denarios pro una auca in festo sancti Marti
ni hyemalis, ut dicebat, reddere tenebatur. Asseruit etiam prefatus miles se habere
tale dominium in portu Chenevariarum in censiva predicta quod navis quelibet
que in eodem portu oneratur unum obolum eidem reddere tenebatur. Et si non soluto
predicto obolo et absque licentia domini navis recederet ab eodem portu ipsi septua
ginta sol. et obolum reddere pro emenda ut dicitur tenebatur navis predicta.
Habebat etiam ut dicebat idem miles triginta duos denarios et obolum par.
de capitamento in eadem censiva in territorio predicto annis singulis in festo sancti
Martini hyemalis. Et insuper bannum, sanguinem, latronem, viariam et com
nem maiorem iustitiam. Predicta vero omnia et singula et quicquid iuris
et dominii iurisdictionis et iustitie in territorio predicto habebat et habere poterat
quoquo modo prefatus miles in nostra presentia constitutus recognovit se ven
didisse religiosis viris abbati et conventui sancte Gen. par. et omnibus illis qui
tenent terras et vineas in censiva predicta in territorio superius predicto pro quater
viginti et octo libris par. iam sibi solutis sicut ipse venditor confessus
est coram nobis, promittens dictus miles fide data in manu nostra quod eandem
venditionem servabit imperpetuum et quod dictam venditionem et omnes res predictas
dictis emptoribus ad usus et consuetudines Francie garentizabit contra omnes.

et quod contra venditionem istam per se vel per alium non veniet in futurum. Hel
loysis autem uxor dicti Roberti militis coram nobis constituta dictam venditionem
voluit et acceptavit. et voluntate spontanea non coacta quitavit coram nobis fide
data in manu nostra dictis emptoribus quicquid iuris habebat et habere poterat in omnibus
et singulis predictis rebus ratione dotalicii vel alio quoquo modo. Promiserunt eciam predicti
Robertus et Helloysis eius uxor sub fide prestita ab eisdem se reddituros dictis emptoribus
decem libras parisiensium nomine pene si contingeret dictam venditionem retrahi vel evinci
aliquo genere evictionis in toto vel in parte. et pro recta garentia ferenda et de pena
solvenda si committeretur et pro omnibus et singulis supradictis tenendis. prefati miles et
eius uxor. dictis emptoribus ~~dictis emptoribus~~ heredes suos obligaverunt et obligatos
ac oneratos in hiis omnibus reliquerunt. Dominus vero Symon de bello burgo
miles primus dominus feodi rerum predictarum ut dicebat. et Johannes de Corbiaco
armiger. secundus ut dicebat dominus feodi earumdem rerum predictam venditionem
voluerunt et laudaverunt coram nobis fide prestita corporali et se sub eadem fide garen
tizatores constituerunt. videlicet dictus Symon contra illos qui ratione primi dominii. et
idem armiger contra illos qui ratione secundi dominii in eisdem rebus aliquid reclamarent.
Galcherus vero et Ansellus fratres dicti Roberti militis coram nobis constituti voluerunt
et laudaverunt eandem venditionem. promittentes fide data in manu nostra quod contra
eandem venditionem per se vel per alium non venient in futurum. et de recta garentia feren
da super predictis ad usus et consuetudines Francie contra omnes. Et de omnibus et singu
lis supradictis tenendis. dicti Galcherus et Ansellus uterque eorum in solidum et per
fidem se constituerunt plegios coram nobis. Maria vero uxor dicti domini Symonis
coram dilecto nostro presbitero de bello burgo a nobis specialiter deputato ad recipiendum
concessionem dicte venditionis et totius iuris quod habebat vel habere poterat iure hereditario.
ratione dotalicii vel alio quoquo modo in predictis rebus concessit fide prestita in manu predicti presbiteri
dictis emptoribus spontanea non coacta venditionem predictam. et promisit sub fide predicta

contra dictam venditionem iure hereditario, ratione dotalicii, vel alio quoque modo per se vel per alium non veniet in futurum, sicut idem presbiter per suas patentes litteras nobis intimavit. Datum anno Domini M. CC. XL. octavo, mense Julio.

De manumissione Gaufridi lechaunurier de Choysiaco, et Aalipdis eius uxoris, et heredum suorum.

Universis presentes litteras inspecturis, Th. Abbas Sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie Conventus humilis, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod nos de communi assensu et voluntate omnium nostrum Gaufridum lechaunurier de Choysiaco et Aalipdim eius uxorem et eorum heredes filios et filias ipsa carne natos et nascituros manumittimus et ab omni iugo et onere servitutis penitus liberamus. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Octavo, Mense Januario.

Littere domini regis super concessione Petri Clerici a domino rege facta. [illegible]

Ludovicus etc. Notum etc. quod nos volumus et concedimus quod Petrus Clericus Cambellanus noster et heredes sui imperpetuum teneant de nobis et heredibus nostris imperpetuum in feodum et homagium ligium domum suam de Pacyaco et domum suam de Addon. et quicquid idem P. fecit essartari in boscis quos tenet in censiva abbatis et conventus Sancte Genovefe Parisiensis et de censiva abbatisse et conventus Sancte Marie Suessionensis. Preterea volumus quod idem P. habeat hayam quam posuit inter fertatem Milonis et domum suam de Pacyaco, videlicet usque ad Septuaginta arpenta nemoris, videlicet id quod habebamus, et nemus illud quod habet prope domum suam desuper Addon, videlicet usque ad Centum et Triginta et unum arpentum, similiter id quod ibi habebamus, tali modo quod Petrus predictus

⁊ heredes sui de nemoribꝫ p̃dcis suam poterunt facẽ voluntatem. Ita tamen q̃d in
boscis illis n̄ poterunt cape ceruũ uel ceruam. uł porcos. Concedimus etiam
q̃d habeat viuariũ suum de Jauages cum p̃tis ⁊ molendino. Ita siquidem
q̃d nec ip̃e nec heredes sui poterunt recipe aliquem de bãnariis nr̃is. Omnia uero
nemora q̃ idem. p. tenebat int̃ aq̃m vrci. ⁊ aq̃m sauar. nobis ⁊ hedibus
nr̃is remanebunt. Tali siquidem modo. q̃d q̃ñ ibi uenderimus idem. p. ĝndiũ
uł abba. beatrix suess̃ uxor eius. hebit in illis boscis omne illd q̃d p̃fata
abbissa debet h̃re in eisdem. Pretera stemus grandis campi nobis ⁊ he
redibꝫ nr̃is retinemus. Ita q̃d idem. p. ⁊ heredes sui id tantũ hebunt in
eo q̃d h̃nt illi quorum ẽ in eodem nemore fund̃ tre. Saluo tam̃ eidem. p.
⁊ heredibꝫ suis calfagio de eodem nemore ad op̃ domus sue de ĝndicapo
q̃ñ nemus uidelicet tale erit ⁊ in tali statu q̃d calfagium possit ⁊ debeat
ibi capi. Quod ut p̃petue firmitatis robur optineat. saluis censiuis dñoꝝ
1223: abbis ⁊ abbisse. ⁊ alioꝝ dñoꝝ. confirmamus. Act. ⁊ c. par. centū annu red

De possessionibꝫ p̃ quibꝫ Petrus cistran tenet̃ singul̃ ãnis cẽte be Gen̄.

Numerus arpentoꝝ terre. nemoris. ⁊ prati. ⁊ aliarum possessionum p̃ quibus
dominũ Petr̃ cistran tenet̃ reddere cẽte be Gen̄. par. singulis annis i festo
sc̃i Remigii. Decem ⁊ septem lib̃s par. ⁊ .viij. sol. videlicet p̃ castello
suo. xxx. sol. par. Item de ducentis arpent̃ tre insuiam. ex̃ꝫ fr̃is stephi
q̃ndam p̃pris de marisiaco. sex lib̃s par. videlicet. p̃ quolibet arpento.
vj. d̃. par. Item de ducentis ⁊ q̃dragita ⁊ octo arpentis mensura fr̃e
fr̃is Rogeri. sex. lib. ⁊ .iiij. sol. par. eodem p̃cio. Item de sexaginta
⁊ decem arpentis in nemore sup̃ sem vedastum. Triginta ⁊ q̃nqꝫ sol. par.
Item de tris ultimo emptis ⁊ inclusis. triginta ⁊ octo. sol. par. Item
p̃ p̃to Guiardi decani. de molendino comitis. ⁊ de p̃to Joceri boulı. de

molendino de insula. et p(ro) p(re)to Ricardi de Lecoc xx. denar. nigror. q(ui) valent xij. d. par.

Anno. d(omi)ni. m°. cc°. septuag(esimo). s(e)c(un)do. q(uo) d(omi)n(u)s. Phillippus. Rex. Francie. fuit. cum. exercitu. suo. contra. comitem. de. ffoix. posuimus. talliam. sup(er). villas. n(ost)ras. quarum. nomina. ista. sunt. que. sequuntur.

s(u)p(er). villam. de. Rodomaco. Viii. lib.
s(u)p(er). villam. de. borreto. Lx. lib.
s(u)p(er). villam. de. Aranello. L. sol.
s(u)p(er). villam. de. Rimgiaco. Lx. sol.
s(u)p(er). villam. de. Tilleto. L. sol.
s(u)p(er). villam. de. Vamns. xv. lib.
s(u)p(er). villam. de Aucolio. centu(m). sol.
s(u)p(er). villam. de. Soysiaco. xl. sol.
s(u)p(er). villam. de. Triannum. xii. libr.
s(u)p(er). villam. de. Spinolio. et quetiaco. xx. sol.
s(u)p(er). villam. de. ffancthodoro. vi. lib.
s(u)p(er). villam. de. Janzigmaco. xx. libr.
in. burgo. n(ost)ro. xxvi. libr.
in. villa. de. s(an)c(t)o. Medardo. vi. libr.
Summa. xi. xx. libr. xx. sol. minus.

Quando episcopus parisiensis novus intrat civitatem parisiensem sicut consuetum est ab antiquo primo venit ad ecclesiam sancte Genovefe et intrat ecclesiam in capa sua lanea de panno lineo et vadit per medium ecclesie usque ad maius altare et ibi debet paratum ante altare pannum sericum cum pulvinari et ibi episcopus debet facere orationem ante altare. Quando vero episcopus intrat ecclesiam, conventus consuevit exire obviam ei usque ad portam ecclesie in capis sericis et tunc armarius incipit responsorium de [illegible] et vadit in choro cantantes illud responsorium. Finito responsorio incipit antiphonam de beata Genovefa. Finita antiphona dicit orationem. Finita oratione episcopus qui prostratus est ante altare surgere debet et osculari altare et offerre super altare [illegible] sericum in honorem apostolorum Petri et Pauli et beate Genovefe. Interim dum hec fiunt debent magna campana pulsari et luminaria et lampades accendi [illegible] sicut in festo duplici. Cum autem episcopus oblationem suam fecerit super altare tunc vadit in vestiarium et ibi ornat se et induit [illegible] pontificalibus et facit vocari feodales suos et tunc [illegible] de feodalibus illis qui presto sunt ad hoc faciendum [illegible] accipiunt episcopum in cathedra que ei ibi paratur et deportant ipsum per medium ecclesie usque ad gradus porte ecclesie et tunc episcopus debet habere quatuor [illegible] sub protectione [illegible] parisiensis [illegible] debet esse [illegible] et [illegible] accipiunt episcopum et [illegible] per medium [illegible] et ita consuetum est sicut ab antiquo [illegible] episcopus parisiensis [illegible] fiet illi quod super [illegible] ecclesie beate [illegible] sine [illegible] et immunia et exempta ab omni [illegible] episcopi [illegible] eadem [illegible] et honore [illegible] consuetum est fieri sicut [illegible] sua [illegible]

§ Lajaco. de monz. de archegys.

De manumissione hominum ecclesie nostre de Rungiaco. de villa noua regis. de Thyelio. de

Uniuersis presentes litteras inspecturis. Th. Abbas sancte Genouefe par. Totusque eiusdem ecclesie Conuentus humilis: eternam in domino salutem. Notum facimus quod nos de communi assensu et uoluntate omnium nostrum homines ecclesie nostre de corpore. De Rungiaco. De uilla noua regis. De thyelio. De Lajaco. De monz. et de archegys videlicet. Hubertum propetertam. ysabellim eius uxorem. Robertum de Lajaco. Lyjardim eius uxorem. Petrum gruiel. Auelinam eius uxorem. Martinum maiorem. Guiardum de furno. Odonem pepe tertam. Jaquelinam eius uxorem. Johannem hardi. Aales uxorem Renardi. Renaudum filium giraudi. Odelinam eius uxorem. Lyjardim et marotam sorores dicti Renardi. Radulphum generum Johannis hardi. Milesendim eius uxorem. Robertum dictum imperatorem. Clementiam eius uxorem. Andream huberti. Hersendim eius uxorem. Durandum dictum imperatorem. Mariam eius uxorem. Helysam anglicam. Auburgim eius uxorem. Agnetem relictam defuncti Roberti anglici. Andream furnier. Agathem eius uxorem. Symonem fratrem maioris. Foucherum de Riuo. Lyjardim eius uxorem. Robertum senem. Johannem giriaumi. Aelinam filiam defuncti Thome. Herbertum de Riuo. Odelinam eius uxorem. Stephanum de stamhodoro. Mariam eius uxorem. Auelinam uxorem Roberti gruiton. Petronillam uxorem Iohannis de Riuo. Margaretam uxorem petri fratris Johannis de Riuo. Phaniam relictam garneri sitonis. Hugonem blagis. Gibilinam eius uxorem. Radulphum hodierne. Haoysdim eius uxorem. Lyjodim de Riuo. Odelinam lapignee. Adam filium defuncti joberti. ysabellim eius uxorem. Laurentium filium defuncti joberti. Julianam eius uxorem. Andream fratrem johannis de curia. Sancelinam eius uxorem. Philippum fratrem iohannis de curia. Aeliciam filiam defuncti petri de fontaneto. Christoforum filiastrum Renoudi godart. Petrum de maurepas. Symonem fratrem eius. ysabellim eius uxorem. Johannem de maurepas. Emeniardim eius uxorem. Gauterum baldoini. Philippam eius matrem. Odelinam uxorem defuncti leofridi. Galterum generum. Gilonem filium defuncti bernardi. Johannem baldoini. Jacobum filium defuncte aceline. Stephanum morhost. Colinum filium hodee. Odonem cochart. Amelinam eius uxorem. Lyjardim sororem dicti odonis. Petronillam relictam Rogeri comitis. Lyjardim relictam herberti diuitis. Petrum blagis. Matheum blagis. Nathalem lequointe. Margaretam eius uxorem. Lancelinum lequointe. Gilam eius uxorem. Stephanum blagis. Familiam defuncte ysabellis sororis stephani blagis. Johannem de curia. Phaniam eius uxorem. Nicholaum carpentarium. Sancelinam eius uxorem. Petrum de Rungiaco. Gilam eius uxorem. Lucam generum auberti. Gilam eius uxorem. Richardum viuiani. Familiam defuncti petri de Orliaco: et eorum filios et filias propria carne natos et nascituros manu

mittimus, et ab omni iugo et onere servitutis penitus liberamus. Salvis nobis et ecclesie nostre in predictis villis omni iure, dominio, iusticia, censuus, consuetudinibus, redevenciis, costumis, corveis, talliis quocienscumque fieri contigerit pro exercitu domini regis. Et etiam omnibus aliis que recipere et percipere consuevimus in villis predictis. Sub tali etiam conditione nostra alia manumisimus eosdem quod levantes et cubantes in dicta terra beate Genovefe predictarum villarum quandocumque vocati fuerint ex parte abbatis et conventus ecclesie nostre vel eorum alterius pro personis et rebus ecclesie nostre seu iuribus defendendis, seu pro prosecutione dampnorum molestiarum illatarum vel illaturarum nobis seu manutenendis venire personaliter tenebuntur prima die ad sumptus suos. Ceteris vero diebus dabimus unicuique dictorum hominum sex denarios parisienses quolibet ex parte ecclesie nostre licentiato. Sciendum est insuper quod actum est et a dictis hominibus concessum quod si aliquis eorum vel posteri eorumdem hominum seu aliquis eorumdem posterorum in dicta terra predictarum villarum vel alibi contraxerint matrimonium cum aliquibus mulieribus servilis conditionis, vel mulieres dicte terre predictarum villarum contraxerint matrimonium in eadem terra vel alibi cum aliquibus hominibus servilis conditionis, quod nichilominus tam homines et mulieres de eadem terra predictarum villarum qui et que si contraxerint matrimonium sicut predictum est sint et remaneant perpetuo servi et ancille ecclesie supradicte. Quod eedem mulieres similiter voluerunt et concesserunt. Et tam earum maritos quam ipsas mulieres necnon et ipsorum bona arrestare et saisire valeamus et in personis et bonis ipsorum et ipsarum omnem iusticiam exercere valeamus libere, sicut antea facere solebamus. In cuius rei testimonium et memoriam presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Octavo, Mense Junio.

De manumissione hominum ecclesie nostre de sancto Marcello, de sancto Medardo et de Monte Parisiensi.

Universis presentes litteras inspecturis. Th. Abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie Conventus humilis, eternam in domino salutem. Noverint universi quod nos de communi assensu et voluntate omnium nostrum homines ecclesie nostre de corpore de sancto Marcello, de sancto Medardo et de Monte Parisiensi, videlicet Adam lagouepille, Agnetem labrimborde, Constanciam sororem Odonis de laorcinis, Ermenjardim de Rungiaco, Henricum eius filium, Stephanum Rufum, Aubercam filiam Iohannis coterel, Iohannam neptim Petri Viviani, Famuliam Clementis de poncello, Reginaldum de Rungiaco, Richildim eius uxorem, Odonem de laorcinis, Emelinam eius uxorem, Rogerum de Romana villa, Erenburgim eius uxorem, Petrum Viviani,

Robertum de Romana villa. Gilam eius uxorem. Guillelmum de archegiis. Constantiam
eius uxorem. Stephanum de archegiis. Segeriu et uxorem. Johannem de archegiis. Agnetem et
uxorem. Martinum cotrel. Mariam eius uxorem. Johannem coterel. Johannem purum. Mariam
